



HEURE
ANTIQU









Januarius habet dies xxxi. luna xxx dies

iii	a	Circumcisio domini
	b	Octava sancti stephani
xi	c	Octava sancti iohannis
	d	Octava sanctorum innocentum
xix	e	Octava thome martyris
viii	f	Epyphania domini
	g	
xvi	A	
v	b	
	c	Pauli primi heremite
xiii	d	
ii	e	
	f	
x	g	Potenciani mris
	A	
xviii	b	
vii	c	Anthonii abbatis
	d	
xv	e	
iiii	f	Fabiani et sebastiani
	g	
xii	A	Vincencii martiris
i	b	
	c	
ix	d	Conversio pauli
	e	
xvii	f	
vi	g	
	A	Bernardini confessoris
xiiii	b	
iii	c	



Februarius ht dies
xxviii. luna xxix.


	d	
xi	e	Purificatio marie
	f	
xix	g	
viii	A	Aghate virginis.
xvi	b	Amandi et vedasti
v	c	
	d	
xiii	e	
ii	f	Scolastice virginis
	g	
x	A	
	b	
xviii	c	
vii	d	
	e	Juliane virginis.
xv	f	
iiii	g	
	A	
xii	b	
i	c	
	d	Cathedra petri
ix	e	
	f	Mathie apli.
xvii	g	
vi	A	Alexandri pape
	b	
xiiii	c	Romani epi.

Marcius habet dies xxxi. luna xxx.

iii	d	
	e	
xi	f	
	g	Adriani mris
xix	a	
viii	b	
	c	Perpetue et felicitatis
xvi	d	
v	e	
	f	
xiii	g	
ii	a	Gregorii pape
	b	
x	c	
	d	
xviii	e	
vii	f	Gertrudis virg
	g	
xv	a	
iiii	b	
	c	Benedicti abbtis
xii	d	
i	e	
	f	
ix	g	Annunciatio marie
	a	[illegible]
xvii	b	Resurrectio domini
vi	c	
	d	
xiiii	e	
iii	f	

KL Aprilis habet dies xxx. luna xxix.

	g	
xi	A	Marie egiptiace
	b	
xix	c	Ambrosii epi.
viii	d	
xvi	e	
v	f	
	g	
xiii	A	Walteburdis v.
ii	b	
	c	
x	d	
	e	
xviii	f	Tiburcii et valeriani
vii	g	
	A	
xv	b	
iiii	c	
	d	
xii	e	
i	f	Marcellini mris.
	g	
ix	A	Georgii mris.
	b	
xvii	c	Marci evangel.
vi	d	
	e	
xiiii	f	Vitalis mris
iii	g	
	A	Quirini mris



aius habet dies
xxxi. luna. xxx.

xi	b	Philippi et iacobi
	c	
xix	d	Inventio crucis.
viii	e	
	f	
xvi	g	Iohis ante portã latinã
v	A	
	b	
xiii	c	Nicholai episcopi.
ii	d	
	e	
x	f	
	g	
xviii	A	
vii	b	Sophie virginis
	c	
xv	d	
iiii	e	
	f	
xii	g	Basilie virginis
i	A	
	b	
ix	c	
	d	
xvii	e	Urbani pp̃e
vi	f	
	g	
xiiii	A	
iii	b	
	c	
xi	d	Petronille virginis



Junius habet dies xxx. luna xxix.

	e	
xix	f	
viii	g	
xvi	A	
v	b	Bonifacij epi
	c	
xiii	d	
ii	e	
	f	Primi et feliciani
x	g	
	A	Barnabe apli.
xviii	b	
vii	c	
	d	Basilii epi.
xv	e	Viti et modesti
iiii	f	
	g	
xii	A	
i	b	Geruasij epi.
	c	
ix	d	
	e	
xvii	f	vigilia.
vi	g	Nativitas s' iohis
	A	Translatio s' eligij
xiiii	b	
iii	c	
	d	vigilia.
xi	e	Petri et pauli.
	f	

KL Julius habet dies. xxxi. luna. xxx.

iii	g	
viii	A	Visitatio marie
	b	Thome apli.
xvi	c	
v	d	
	e	Gudile virginis.
xiii	f	
ii	g	
	A	
x	b	
	c	
xviii	d	
vii	e	Margarete virginis
	f	
xv	g	
iiii	A	
	b	
xii	c	
i	d	
	e	
ix	f	Praxedis virginis
	g	Maria magdalene.
xvii	A	Cristine virginis
vi	b	
	c	Jacobi et xpofore.
xiiii	d	
iii	e	
	f	
xi	g	Abdon et sennes.
	A	
xix	b	



Augustus habet dies xxxi. luna xxx.

viii	c	Ad vincula petri.
xvi	d	
v	e	Inuentio stephani
	f	
xiii	g	
ii	A	Dominici conf.
	b	
x	c	
	d	vigilia
xviii	e	Laurentii mris
vii	f	
	g	
xv	A	
iiii	b	vigilia
	c	Assumpcio marie
xii	d	
i	e	
	f	
ix	g	
	A	Bernardi conf.
xvii	b	
vi	c	
	d	
xiiii	e	Bartholomei apli.
iii	f	
	g	
xi	A	
	b	Augustini epi.
xix	c	Decollacio s. iohis
viii	d	
	e	



September habet dies xxx. luna xxix.

xvi	f	Egidii abbatis.
v	g	
	A	
xiii	b	
ii	c	Bertini epi.
	d	
x	e	
	f	Nativitas marie
xviii	g	Gorgonii mris
vii	A	
	b	
xv	c	
iiii	d	
	e	Exaltatio crucis.
xii	f	
i	g	
	A	Lamberti epi
ix	b	
	c	
xvii	d	Vigilia
vi	e	Mathei apli.
	f	
xiiii	g	
iii	A	
	b	
xi	c	
	d	Cosme et damiani
xix	e	
viii	f	Michaelis archi.
	g	Jheronimi pbri.

KL Octobre habet dies. xxxi. luna. xxx.

xvi	a	Remigij et bauonis.
v	b	
xiii	c	
ii	d	Francisci conf.
	e	
x	f	
	g	Marci pape
xviii	a	
vii	b	Dyonisii epi
	c	
xv	d	
iiii	e	
	f	
xii	g	Wlfranni epi.
i	a	
	b	Galli conf.
ix	c	Luce euang.
xvii	d	
vi	e	
	f	
xi	g	xi m. virginum.
xiiii	a	
iii	b	
	c	
xi	d	[illegible]
	e	
xix	f	vigilia.
viii	g	Symonis et iude
	a	
xvi	b	
v	c	Quintini mr. vigilia.

KL Nouember habet dies xxx. luna. xxix.

d Omnium sanctorum.
iii e Commemoratio animarum.
xi f
g
xix A
b Leonardi conf.
xviii c
vii d
e
xv f
iiii g Martini epi.
A
xii b Bricii epi.
i c
d
ix e
f
xvii g
vi A Elisabeth vidue
b
xiiii c [illegible]
iii d
e Clementis pape
xi f
g Katherine virginis.
xix A
viii b
c
xvi d vigilia.
v e Andree apli.

KL December habet dies xxxi. luna xxx

xiii	f	
ii	g	
	A	
x	b	Barbarae virginis.
	c	
xviii	d	Nicholai episcopi
vii	e	
	f	Conceptio mariae
xv	g	
iiii	A	
	b	
xii	c	
i	d	Luciae virginis
	e	Nichasii epi
ix	f	
	g	
xvii	A	lazari mris
vi	b	
	c	
xiiii	d	
iii	e	Thome apli
	f	
xi	g	
	A	vigilia.
xix	b	Nativitas domini.
viii	c	Stephani mrtyris.
	d	Johannis evang.
xvi	e	Sanctorum innocentum
v	f	Thome martiris cantuariensis.
	g	
xiii	A	Silvestri pape

Incipiunt hore de sancta cruce.

Domine labia
mea aperies. Et
os meum an
nuntiabit lau
dem tuam.
Deus in ad
iutorium meum intende. Domine
ad adiuvandum me festina. Glo
ria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et
semper et in secula seculorum Amen.
Patris sapientia. Hymnus.
veritas divina. Deus homo
captus est hora matutina. A notis
et discipulis cito derelictus. A iudeis
traditus venditus et afflictus. V.
Adoramus te christe et benedicimus
tibi. Quia per sanctam crucem tuam
redemisti mundum. Oremus. Oratio

Domine ihesu xpiste fili dei viui pone passionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuū et animam meam nunc et in exitu et largiri digneris viuis misericordiam et gratiam defunctis requiem et veniā ecclesie sancte tue pacem et concordiā et nobis peccatoribus vitam et leticiam sempiternam. Amen. Deus in adiutorium meum intende. ut supra.

Hora prima ductus est iħs ad pylatum. falsis testimoniis multum accusatum. In collo percuciunt manibus ligatum. Vultum dei conspuunt lumen celi gratum. ℣ Adoramus te xpiste. Dñe ihesu xpiste. ℞.

Deus in adiutorium.

Crucifige clamitant hora tercia illum. Illusus induitur veste purpurea. Caput eius pungitur co

rona spinarum. Crucem portat hu-
meris ad locum penarum. ℣ Adore-
mus te xpiste. Oratio. Domine ihesu xpe.
Deus in adiutorium meum intende.
Hora sexta ihesus est cruci concla-
uatus. Et est cum latronibus
pendens deputatus. Pre tormentis si-
tiens felle saturatus. Agnus crimen
diluit sic deridicatus. ℣ Adoramus te x.
Oratio. Domine ihesu xpe. Deus in adiutor.
Hora nona dominus ihesus expira-
uit. Hely clamans animam pa-
tri commendauit. Latus eius lancea
miles perforauit. Terra tunc contre-
muit et solle obscurauit. ℣ Adorem-
te xpiste. Oratio. Domine ihesu xpiste.
Deus in adiutorium. Hymnus.
De cruce deponitur hora uesper-
tina. Fortitudo latuit in mente diui-
na. Talem mortem subijt uite medi-

cruce. Heu corona glorie iacuit supina.
℣. Adoramus te xpriste. Dñe ihu xpe.

Converte nos deus salutaris nr̃. Et averte iram tuam a nobis. Deus in adiutorium meum intende.

Hora completorii datur sepulture. Corpus xpristi nobile spes vite future. Conditor aromate complentur scripture. Iugis sit memoria mors est michi cure. ℣. Adoramus te xpriste. Orõ. Domine iesu xpriste fili dei.

Has horas canonicas cum devotione. Tibi xpriste recolo pia ratione. Ut qui pro me passus es penas in agone. Sic labori consolans consors sim corone. ℣. Adoramus te xpriste. Orõ. Domine ihu xpriste fili dei. Ut s.





Incipiunt hore de sancto spiritu

Domine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum Amen.

Nobis sancti spiritus ympnus. gratia sit data. De qua virgo virginum fuit obumbrata. Cum per sanctum angelum fuit salutata. Verbum caro factum est virgo fecundata. V Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Domine ex

audi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus. Oratio.
Omnipotens sempiterne deus
da nobis illam sancti spiritus
gratiam quam tuis discipulis in die
sancto penthecostes tribuisti.
Per christum dominum nostrum. Amen.
Deus in adiutorium meum. Versus.
De filia virgine filius fuit na-
tus. Crucifixus mortuus atque
tumulatus. Resurgens discipulis
suis demonstratus. Et ipsis cernenti-
bus celis elevatus. Veni sancte spiritus.
Oratio. Omnipotens sempiterne. Versus.
Deus in adiutorium. Hymnus.
Sum sanctum spiritum nobis
delegavit In die penthecostes ipsos con-
firmavit. Linguis loqui variis ip-
sos informavit. Orphanos relin-
quere eos denegavit. Veni sancte spiritus.

Oro. Omnipotens sempiterne deus.
Deus in adiutorium. Ymnus.
Eptiformi gratia in cuncta ac
ceptaverunt. Et variis ydioma
ta cuncta cognoverunt. Ad diversa cli
mata mundi accesserunt. Et fidem ca
tholicam tunc predicaverunt. V. Veni
sancte spiritus. Oro. Omnipotens semp.
Deus in adiutorium. Ymnus.
Piritus paraclitus sanctus appel
latus. Donum dei digitus fons vivi
ficatus. Spiritalis caritas ignis in
flammatus. Septiformis gratie caris
ma vocatus. V. Veni sancte spc. Oro.
Omnipotens sempiterne Deus in adiutoriu.
Extet dei tu digitus virtus spi
ritalis. Nos defendens curat omni
bus ex malis. Ut nobis non noceat
demon infernalis. Protegat et muni
at ac foveat sub alis. V. Veni sancte spc.

Omnipotens sempiterne.
Converte nos deus salutaris
noster. Et averte iram tuam a nobis.
Deus in adiutorium meum intende.
Spiritus paraclitus nos velud
iuvare. Gressus nostros regere
et illuminare. Ut cum deus venerit
omnes iudicare. Nos velud a dextre
ram suam appellare. V. Veni sancte spiritus.
oro. Omnipotens sempiterne de.
Has horas canonicas cum de
votione. Tibi sancte spiritus
pia ratione. Tua fac recolere misera
tione. Accepi tu illuminans inspira
tione. V. Veni sancte spiritus. oro.
Omnipotens sempiterne deus. Ut
supra.


plena dn̄s tecum

Incipit missa beate marie virginis.

Introibo ad altare dei.
Ad deum qui letificat iu-
ventutem meam. Dig-
nare domine die isto. Si-
ne peccato nos custodire.
Confitemini domino quoniam bonus.
Quoniam in seculum misericordia eius.
Confiteor deo celi et beate confessio.
marie virgini et omnibus sanc-
tis dei et vobis patri. Quia ego miser pec-
cator peccavi nimis contra legem dei
mei cogitatione locutione. Consensu
visu verbo et opere mea culpa mea max-
ima culpa. Ideo precor beatissimam vir-
ginem mariam et omnes sanctos et
sanctas dei et vos orare pro me patre.
Misereatur vestri. Absolutio.
omnipotens deus et dimissis
omnibus peccatis vestris perducat.

nos et uos ihesus xpistus sine macu
la ad uitam eternam. Amen. Non
nobis domine non nobis. Sed nomi
tuo da gloriam. Ab occultis meis
munda me domine. Et ab alienis par
ce seruo tuo. Adiutorium nostrum
in nomine domini. Qui fecit celum et
terram. Sit nomen domini bene
dictum. Ex hoc nunc et usque in seculum.
Salue sancta parens. introitus.
enixa puerpera que celum terram
que regit in secula seculorum. V. Senti
ant omnes tuum iuuamen quicun
que celebrant tuam commemorati
onem. Gloria patri. Salue sancta pa
rens. Kyrieleison iij. xpisteleison iij.
Kyrieleison iij. laus angelorum.
Gloria in excelsis deo. Et in terra
pax hominibus bone uolun
tatis. Laudamus te. Benedicimus te.

Adoramus te. Glorificamus te. Gra-
tias agimus tibi propter magnam
gloriam tuam. Domine deus rex celes-
tis deus pater omnipotens. Domine
fili unigenite ihesu xpiste. Domine
deus agnus dei filius patris. Qui tol-
lis peccata mundi miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi suscipe de-
precationem nostram. Qui sedes ad
dexteram patris miserere nobis. Quo-
niam tu solus sanctus. Tu solus dns
Tu solus altissimus ihesu xpiste. Cum
sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.
Concede nos famulos. oratio.
tuos quesumus domine deus
noster perpetua mentis et corporis sa-
lute gaudere et gloriosa beate marie
semper virginis intercessione a presenti
liberari tristicia et eterna perfrui leticia.
Per dominum nostrum ihesum xpm.

xpistum filium tuum. Qui tecū
uiuit et regnat in unitate spiritus
sancti deus. Per omnia secula secu
lorum. Amen. Lectio libri sapientie.

Ab initio et ante secula crea
ta sum et usq; ad futurum
seculum non desinam et in habita
tione sancta coram ipso ministrauī
Et sic in syon firmata sum et in ci
uitate sanctificata similiter requie
ui et in iherusalem potestas mea.
Et radicaui in populo honorificato
et in partes dei mei hereditas illius
et in plenitudine sanctorum deten
tio mea. Graduale. Benedicta et
uenerabilis es uirgo maria que si
ne tactu pudoris inuenta es mater
saluatoris. ℣ Uirgo dei genitrix quē
totus non capit orbis in tua se clau
sit uiscera factus homo. Alleluia.


V. post partum virgo inviolata per
mansisti dei genitrix intercede pro nobis.
Alleluia. Secundum lucam.
In illo tempore loquente ihesu
ad turbas extollens vocem quedam mu
lier de turba dixit illi. Beatus venter
qui te portavit et ubera que suxisti.
At ille dixit. Quinymmo. Beati qui au
diunt verbum dei et custodiunt illud.
Deo gratias. Credo.
Credo in unum deum patrem
omnipotentem factorem celi et terre
visibilium omnium et invisibili
um. Et in unum dominum ihesum
cristum filium dei unigenitum.
Et ex patre natum ante omnia secula.
Deum de deo lumen de lumine deum
verum de deo vero. Genitum non fac
tum consubstantialem patri per
quem omnia facta sunt. Qui prop

ter nos homines et propter nostram
salutem descendit de celis. Et incarna-
tus est de spiritu sancto ex maria virgine
et homo factus est. Crucifixus etiam
pro nobis sub pontio pylato passus et
sepultus est. Et resurrexit tercia die
secundum scripturas. Et ascendit in
celis sedet ad dexteram patris. Et ite-
rum venturus est cum gloria iudicare
vivos et mortuos. Cuius regni non
erit finis. Et in spiritum sanctum
dominum et vivificantem. Qui ex
patre filioque procedit. Qui cum patre
et filio simul adoratur et conglorifi-
catur. Qui locutus est per prophetas.
Et unam sanctam catholicam et
apostolicam ecclesiam. Confiteor
unum baptisma in remissionem
peccatorum. Et expecto resurrectio-
nem mortuorum. Et vitam venturi

tum seculi. Amen. Offertorium.
Felix namque es sacra virgo maria
et omni laude dignissima. Quia
ex te ortus est sol iusticie christus
deus noster. Sanctus. Sanctus.
Sanctus dominus deus sabaoth.
Pleni sunt celi et terra gloria tua
osanna in excelsis. Benedictus
qui venit in nomine domini osan
na in excelsis. Agnus dei qui tol
lis peccata mundi miserere nobis.
Agnus dei qui tollis peccata mun
di miserere nobis. Agnus dei qui
tollis peccata mundi dona nobis pa
cem. Communio. Beata viscera
marie virginis que portaverunt
eterni patris filium. Oremus. Oratio.
Gratiam tuam quesumus
domine mentibus nostris
infunde ut qui angelo nunciante

xpisti filii tui incarnationem cogno
uimus per passionem eius et crucem
ad resurrectionis gloriam perducamur.
Per dominum nostrum ihesum
xpistum filium tuum. Qui tecum
viuit et regnat in unitate spiritus
sancti deus per omnia secula secu
lorum. Amen. Benedicamus dño.
Deo gratias.




·I·N·R·I·
Vere Filius dei erat iste

Jnicium sancti euuangelij secundum
Johannem. Gloria tibi domine.

In principio erat verbum
et uerbum erat apud de
um et deus erat verbū.
Hoc erat in principio
apud deum. Omnia per ipsum fac
ta sunt et sine ipso factum est nich
il. Quod factum est in ipso uita erat
et uita erat lux hominum et lux ī
tenebris lucet et tenebre eam non
comprehenderunt. Fuit homo mis
sus a deo cui nomen erat iohannes.
Hic uenit in testimonium ut testi
monium perhiberet de lumine ut
omnes crederent per illum non erat
ille lux sed ut testimonium perhi
beret de lumine. Erat lux uera que
illuminat omnem hominem ue
nientem in hunc mundum. In mū

do erat et mundus per ipsum factus
est et mundus eum non cognovit.
In propria venit et sui eum non re-
ceperunt. Quotquot autem recepe-
runt eum dedit eis potestatem fili-
os dei fieri hijs. Qui credunt in no-
mine eius qui non ex sanguinibus
neque ex voluntate carnis neque ex
voluntate viri sed ex deo nati sunt
Et verbum caro factum est et ha-
bitavit in nobis et vidimus glo-
riam eius gloriam quasi unigeni-
ti a patre plenum gracie et veritate
Deo gracias. Per euvangelica dic-
ta deleantur nostra delicta.

Secundum lucam.

In illo tempore missus
est angelus gabriel a de
o in ciuitatem galilee
cui nomen nasareth ad uirginem
desponsatam uiro cui nomen erat
ioseph de domo dauid et nomen uir
ginis maria et ingressus angelus
angelus ad eam dixit. Aue gratia
plena dominus tecum benedicta
tu in mulieribus. Que cum audis
set turbata est in sermone eius et
cogitabat. Qualis esset ista salu
tatio. Et ait angelus ei. Ne time
as maria inuenisti enim gratiā
apud dominum. Ecce concipies
in utero et paries filium et uocabis
nomen eius ihesum hic erit mag
nus et filius altissimi uocabitur
et dabit illi dominus deus sedem

dauid patris eius et regnabit in do
mo iacob in eternum et regni eius
non erit finis. Dixit autem maria
ad angelum. Quomodo fiet istud
quoniam uirum non cognosco. Et
respondens angelus dixit ei. Spi
ritus sanctus superueniet in te et
uirtus altissimi obumbrabit tibi.
Ideoque et quod nascetur ex te sanc
tum uocabitur filius dei. Et ecce e
lisabeth cognata tua et ipsa conce
pit filium in senectute sua. Et hic
mensis est sextus illi que uocatur
sterilis quia non erit impossibile
apud deum omne uerbum. Dixit
autem maria. Ecce ancilla domi
ni fiat michi secundum uerbum
tuum. Deo gratias.

In illo tpe. Sedm matheum
Cum natus esset ihesus in
bethlehem iude in diebus he
rodis regis ecce magi ab o
riente venerunt iherosolimam dicen
tes ubi est qui natus est rex iudimus
uidimus enim stellam eius in orien
te et venimus adorare eum. Audiens
autem herodes rex turbatus est et ois
iherosolima cum illo. Et congregans
omnes principes sacerdotum et scribas
populi sciscitabatur ab eis ubi xpistus
nasceretur. At illi dixerunt ei. In beth
leem iude. Sic enim scriptum est per
prophetam. Et tu bethleem terra iu
da nequaquam minima es in prin
cipibus iuda. Ex te enim exiet dux q
regat populum meum israel. Tunc he
rodes clam vocatis magis diligenter
didicit ab eis tempus stelle que app

peruit eis. Et mittens illos in beth
leem dixit. Ite et interrogate diligen
ter de puero. Et cum inueneritis renũ
ciate michi. Ut et ego ueniens adore
eum. Qui cum audissent regem abi
erunt. Et ecce stella quam uiderant
in oriente antecedebat eos usqꝫ dum
ueniens staret supra ubi erat puer.
Videntes autem stellam gauisi sunt
gaudio magno ualde. Et intrantes
domum inuenerunt puerum cum ma
tre eius. Et procidentes adorauerunt
eum. Et apertis thesauris suis obtu
lerunt ei munera. Aurum thus et
mirram. Et responso accepto in sõp
nis ne redirent ad herodem ꝑ aliam
uiam reuersi sunt in regionem suã
Deo gratias.

Secundum marcum.
In illo tempore. Recumben-
tibus undecim discipulis
apparuit illis dominus ihe-
sus et exprobravit incredulitatem illo-
rum et duriciam cordis. Quia hiis q(ui)
viderant eum resurrexisse a mortuis
non crediderunt et dixit eis. Euntes
in mundum universum predicate
euuangelium omni creature. Qui credi-
derit et baptizatus fuerit salvus erit.
Qui vero non crediderit condempna-
bitur. Signa autem eos qui crediderint
hec sequentur. In nomine meo demoni-
a eicient linguis loquentur novis ser-
pentes tollent. Et si mortiferum quid
biberint non eis nocebit. Sup(er) egros
manus imponent et bene habebunt.
Et dominus quidem ihesus postq(uam)
locutus est eis assumptus est in ce-

lum et sedet ad dexteris dei. Illi autem profecti predicaverunt ubique domino cooperante et sermonem confirmante te sequentibus signis. Deo gratias.





Incipiunt hore beate marie virgi
nis secundum consuetudinem ro
mane curie. Ad matutinas.

Domine labia
mea aperies.
Et os meum
annunciabit
laudem tuam.
Deus in ad
iutorium meum intende. Domine
ad adiuvandum me festina. Glo
ria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculorum. A
men. Invitatorium. Ave maria g
ratia plena dominus tecum. psalmus.
Venite exultemus domino
iubilemus deo salutari no
stro preoccupemus faciem eius in
confessione et in psalmis iubile

minus est. Aue maria gratia p: d: tecū
Quoniam deus magnus domi
nus et rex magnus super omnes de
os quoniam non repellit dominus
plebem suam quia in manu eius
sunt omnes fines terre et altitudi
nes montium ipse conspicit. Dñs te.
Quoniam ipsius est mare et ipse
fecit illud et aridam fundauerunt
manus eius uenite adoremus et pro
cidamus ante deum ploremus corā
domino qui fecit nos quia ipse est do
minus deus noster nos autem popu
lus eius et oues pascue eius. Aue m.
Hodie si uocem eius audieritis
nolite obdurare corda uestra sicut
in exacerbatione secundum diem
temptationis in deserto ubi temp
tauerunt me patres uestri proba
uerunt et uiderunt opa mea. Dñs est.

Quadraginta annis proximus
fui generationi huic et dixi semper
hii errant corde: ipsi vero non cogno
verunt vias meas quibus iuravi
in ira mea si introibunt in requie
meam. Ave maria gratia p. d. tecum.
Gloria patri. Sicut erat. Ave.
Dominus tecum. Ave maria gra
tia plena dominus tecum. Hymnus
Quem terra pontus ethera colunt
adorant predicant trinam
regentem machinam claustrum ma
rie baiulat. Cui luna sol et omnia
deserviunt per tempora perfusa celi
gratia gestant puelle viscera. Be
ata mater munere cuius supernus
artifex mundum pugillo continens
ventris sub archa clausus est. Beata
celi nuntio fecunda sancto spiritu de
sideratus gentibus cuius per alvum

fusus est. Maria mater gracie
mater misericordie tu nos ab hos
te protege in hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui natus es
de uirgine cum patre et sancto spi
ritu in sempiterna secula. Amen.
an. Benedicta tu. Psalmus.
Domine dominus noster quam
admirabile est nomen tuum in u
niuersa terra. Quoniam eleua
ta est magnificentia tua super celos.
Ex ore infancium et lactenciu
perfecisti laudem propter inimicos
tuos ut destruas inimicum et ultore
Quoniam uidebo celos tuos o
pera digitorum tuorum lunam et
stellas que tu fundasti. Quid e
homo quod memor es eius aut fi
lius hominis quoniam uisitas eu
Minuisti eum paulominus ab

angelis gloria et honore coronasti eum et constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius oves et boves universas insuper et pecora campi. Volucres celi et pisces maris qui perambulant semitas maris. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Gloria patri. Ant. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. Ant. Sicut myrra.

Celi enarrant gloriam dei et opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum et nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquele neque sermones quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exivit sonus eorum et in

fines orbis terre verba eorum. In
sole posuit tabernaculum suum: et
ipse tamquam sponsus procedens de
thalamo suo. Exultavit ut gygas
ad currendam viam: a summo celo
egressio eius. Et occursus eius us
que ad summum eius: nec est qui se
abscondat a calore eius. Lex domini
immaculata convertens animas:
testimonium domini fidele sapien
tiam prestans parvulis. Iusticie
domini recte letificantes corda: pre
ceptum domini lucidum illuminans
oculos. Timor domini sanctus
permanet in seculum seculi: iudici
a domini vera iustificata in semet
ipsa. Desiderabilia super aurum
et lapidem preciosum multum: et
dulciora super mel et favum. Ete
nim servus tuus custodit ea: in cus

todiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit ab occul
tis meis munda me et ab alienis
parce seruo tuo Si mei non fuerint
dominati tunc inmaculatus ero
et emundabor a delicto maximo.
Et erunt ut complaceant elo
quia oris mei et meditatio cordis
mei in conspectu tuo semper Do
mine adiutor meus et redemptor
meus Gloria patri. A. Sicut myr.
electa odorem dedi suauitatis sanc
ta dei genitrix. A. Ante thorum. ps.
Domini est terra et plenitu
do eius orbis terrarum et v
niuersi qui habitant in eo Quia
ipse super maria fundauit eum et
sup flumina preparauit eum.
Quis ascendit in montem domini
aut quis stabit in loco sancto eius

Innocens manibus et mundo
corde qui non accepit in vano animam
suam nec iuravit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem a do
mino et misericordiam a deo salu
tari suo. Hec est generatio queren
tium eum querentium faciem dei
iacob. Attollite portas principes
vestras et elevamini porte eternales
et introibit rex glorie. Quis est is
te rex glorie dominus fortis et potens
dominus potens in prelio. Attol
lite portas principes vestras et eleva
mini porte eternales et introibit rex
glorie. Quis est iste rex glorie dominus
virtutum ipse est rex glorie. Gloria
patri. a. Ante thorum huius virgini
frequentate nobis dulcia cantica
dragmatis. V. Diffusa est gratia in
labiis tuis propterea benedixit te

fenestra facta es. Virgis altissima et porta lucis fulgida vitam datam per virginem gentes redempte plaudite. Maria mater gracie mater misericordie tu nos ab hoste protege in hora mortis suscipe. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen. V. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. A. Beata dei genitrix. Ps.

Benedictus dominus deus israel quia visitavit et fecit redemptionem plebis sue. Et erexit cornu salutis nobis in domo david pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris et de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miseri

cordiam cum patribus nostris et me
morari testamenti sui sancti. Ius
iurandum quod iurauit ad abraham
patrem nostrum daturum se nobis.
Ut sine timore de manu inimi
micorum nostrorum liberati seruiam
illi. In sanctitate et iusticia corã
ipso omnibus diebus nostris. Et
tu puer propheta altissimi uocaberis
preibis enim ante faciem domini pa
rare uias eius. Ad dandam scientiã
salutis plebi eius in remissionem pec
catorum eorum. Per uiscera mĩe
dei nostri in quibus uisitauit nos ori
ens ex alto. Illuminare hijs qui
in tenebris et in umbra mortis sedẽt
ad dirigendos pedes nostros in uiam
pacis. Gloria patri. A. Beata dei ge
nitrix uirgo maria perpetua templum
domini sacrarium spiritus sancti tu sola

sine exemplo placuisti dn̄o ihesu xp̄o.
Ora pro populo interueni pro clero in
tercede pro deuoto femineo sexu. Ky
rieleison. xp̄isteleison. Kyrieleison.
Domine exaudi orationem meā.
Et clamor meus ad te ueniat. Ore
Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere et gloriosa beate marie semper uirginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia.
Deus qui de beate marie uirginis utero verbum tuum angelo nunciante carnem suscipere uoluisti presta supplicibus tuis ut qui vere eam dei genitricem credimus eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per dominum nostrum ihm̄ xp̄m.
A. Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute. V.
Letamini in dn̄o et exultate iusti. Et
gloriamini omnes recti corde. Ore
Protege domine populum tuum et apostolorum tuorum
petri et pauli et aliorum aplorum

patrocinii confidentem perpetua defensione conserva. Oremus. Oratio.

Omnes sancti tui quesumus domine nos ubique adiuvent ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. Oremus. Oratio.

Et pacem tuam nostris concede temporibus et ab ecclesia tua cunctam repelle nequiciam iter actus et voluntates nostras et omnium famulorum tuorum in salutis tue prosperitate dispone benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas et omnibus fidelibus defunctis requiem eternam concede. Per xpm dnm nrm Amen.

Deus Ad primam
in adiutorium meū
intende. Domine ad
adiuuandum me fes
tina. Gloria p. Ps.
Memento salutis auctor q' nri
quondam corporis ex illibata v
gine nascendo formam sumpseris.
Maria mater gracie mater mie tu
nos ab hoste protege in hora mortis
suscipe. Gloria tibi domine qui na
tus es de uirgine cum patre et sco spū
in sempiterna secula amē. Aña. Assumpta
Deus in nomine tuo saluū me
fac et in uirtute tua iudica me
Deus exaudi orationem meam
auribus percipe uerba oris mei. Quoniam
alieni insurrexerunt aduersū me et
fortes quesierunt animam meam
et non proposuerunt deum ante con

spectum suum. Ecce enim deus adiu
uat me et dominus susceptor est anime mee.
uerte mala inimicis meis et in ueritate
tua disperde illos. Voluntarie sacri
ficabo tibi et confitebor nomini tuo domi
ne quoniam bonum est. Quoniam ex omni tri
bulatione eripuisti me et super inimi
cos meos despexit oculus meus. Gloria.
Benedixisti domine terram tuam
auertisti captiuitatem iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tue
operuisti omnia peccata eorum. Mitigas
ti omnem iram tuam auertisti ab i
ra indignationis tue. Conuerte
nos deus salutaris noster et auerte
iram tuam a nobis. Numquid in
eternum irasceris nobis aut exten
des iram tuam a generatione in
generationem. Deus tu conuer
sus uiuificabis nos et plebs tua

letabitur in te. Ostende nobis dñe
misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dñs
deus quoniam loquetur pacem in plebem suam
Et super sanctos suos et in eos qui
convertuntur ad cor. Verumptamen
prope timentes eum salutare
ipsius ut inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas obviaverunt sibi ius
ticia et pax osculate sunt. Veritas
de terra orta est et iusticia de celo pro
spexit. Etenim dñs dabit benigni
tatem et terra nostra dabit fructum suum
Iusticia ante eum ambulabit et
ponet in via gressus suos. Gloria patri.
Laudate dñm omnes gentes
laudate eum omnes populi. Quoniam
confirmata est super nos misericordia eius et
veritas dñi manet in eternum. Gloria.
Assumpta est maria in celum gaudent

angeli laudantes benedicunt dominum.
Que est ista que progreditur quasi auro
ra consurgens pulchra ut luna
electa ut sol terribilis ut castrorum aci
es ordinata. Deo gratias. V. Dignare me
laudare te virgo sacrata. Da michi virtu
tem contra hostes tuos. Kyrieleyson. Christeleyson.
Kyrieleyson. Domine exaudi. Oremus. Oratio.
Deus qui virginalem aulam beate
marie virginis in qua habitares
eligere dignatus es da quesumus ut sua nos
defensione munitos iocundos faciat sue
interesse commemorationi. Qui vivis et
A. Sancti dei omnes. V. Letamini in domino.
Exaudi nos deus salutaris noster et
apostolorum tuorum petri et pauli et
aliorum apostolorum nos tuere presidiis
quorum donasti fideles esse doctrinis. Per
Omnes sancti tui quesumus domine. Oratio.
Da pacem tuam nostris. diebus. Oratio.

Deus Ad terciam
in adiutorium meu[m]
intende. Domine ad
adiuuandum me
festina. Gloria p[atri].
Memento salutis auctor q[uod]. ps.
Maria mater gracie mater mie.
Gloria tibi domine. an. Maria virgo
Ad dominum cum tribu[larer]. ps
clamaui et exaudiuit me.
Domine libera animam meam
a labiis iniquis et a lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur
tibi ad linguam dolosam. Sagit
te potentis acute cum carbonibus de
solatoriis. Heu michi quia inco
latus meus prolongatus est habi
taui cum habitantibus cedar mul
tum incola fuit anima mea. Cu[m]
hiis qui oderunt pacem eram pacifi

cus cum loquebar illis impugna
bant me gratis. Gloria patri.
Levaui oculos meos in mon
tes unde ueniet auxilium
michi. Auxilium meum a do
mino qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem pe
dem tuum neque dormitet qui cus
todit te. Ecce non dormitabit
neque dormiet qui custodit israel.
Dominus custodit te dominus
protectio tua super manum dexte
ram tuam. Per diem sol non
uret te neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni
malo custodiat animam tuam
dominus. Dominus custodi
at introitum tuum et exitum tu
um ex hoc nunc et usque in seculum.
Gloria patri. psalmus.

Letatus sum in hijs que dicta sunt michi in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis ierusalem. Iherusalem que edificatur ut ciuitas cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium israel ad confitendum nomini domini. Quia illic sederunt sedes in iudicio sedes super domum dauid. Rogate que ad pacem sunt iherusalem et habundancia diligentibus te. Fiat pax in uirtute tua et habundancia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum domini dei nostri quesiui bona tibi. Gloria patri. Maria uirgo assumpta est ad ethereum thalamum in quo rex regum stellato se

Dei solio. Capitulum.
Et sic in syon firmata sum et in civitate sanctificata similiter requievi et in iherusalem potestas mea. Deo gratias. ℣ Diffusa est gratia in labiis tuis propterea benedixit te deus in eternum. Kyrieleison. Xpisteleison. Kyrieleison. Domine exaudi. Oremus.
Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecunda humano generi premia prestitisti tribue quesumus ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus per quam meruimus auctorem vite suscipere. Per dominum.
Sancti dei omnes. ℣ Letamini in
Protege domine populum. Oremus.
Omnes sancti tui quesumus. Oremus.
Et pacem tuam nostris. Oremus.
Benedicamus domino. Deo gratias.

Deus Ad sextam
in adiutorium meū
intende. Domine ad
adiuuandum me
festina Gloria p̄.
Memento salutis auctor q̄ v̄s
Maria mater gratie mater. v̄s.
Gloria tibi domine. ā In odorē.
Ad te leuaui. psalmus
oculos meos qui h̄itas in celis
Ecce sicut oculi seruorum in ma
nibus dominorum suorum Si
cut oculi ancille in manibus domi
ne sue ita oculi nostri ad dominum
deum nostrum donec misereatur nr̄i
Miserere nostri domine miserere
nostri quia multum repleti sumus
despectione Quia multum reple
ta est anima nostra opprobrium ha
bundantibus et despectio superbis.

Gloria patri. psalmus.
Nisi quia dominus erat in nobi
dicat nunc israel nisi quia dominus
erat in nobis. Cum exurgerent hoi
nes in nos forte vivos deglutissent no:
Cum irasceretur furor eorum i nos
forsitan aqua absorbuisset nos. Tor
rentem ptransivit anima nostra for
sitan pertransisset anima nostra aq
m intollerabilem. Benedictus dns
qui non dedit nos in captionem dentib
eorum. Anima nostra sicut passer
erepta est de laqueo venantium. La
queus contritus est et nos liberati su
mus. Adiutorium nostrum in
nomine domini qui fecit celum et
terram. Gloria patri. psalm
Qui confidunt in domino sicut
mons syon non commovebi
tur in eternum qui habitat in iheru-

salem Montes in circuitu eius et do
minus in circuitu populi sui ex hoc nunc
et usque in seculum Quia non relin
quet dominus uirgam peccatorum su
per sortem iustorum ut non extendant
iusti ad iniquitatem manus suas.
Bene fac domine bonis et rectis
corde Declinantes autem in obli
gationes adducet dominus cum o
perantibus iniquitatem pax super
israel Gloria patri. A. In odorem
unguentorum tuorum currimus et
adolescentule dilexerunt te nimis. cap.
Et radicaui in populo honori
ficato et in partes dei mei he
reditas illius et in plenitudine sanc
torum detentio mea Deo gratias.
℟ Benedicta tu in mulieribus et be
nedictus fructus uentris tui. Kyri
eleison. xpisteleison. Kyrieleison.

Domine exaudi orationem me
am. Et clamor meus ad te veniat.
Oremus. Oratio.
Concede misericors deus fra
gilitati nostre presidium ut qui sancte
dei genitricis et virginis marie me
moriam agimus intercessionis eius
auxilio a nostris iniquitatibus re
surgamus. Per dominum nostrum ihesum christum.
V. Sancti dei omnes intercedite. R.
Letamini in domino. Oremus. Oratio.
Exaudi nos deus salutaris. Oratio.
Omnes sancti tui quesumus domine. Oratio.
Et pacem tuam nostris. ut supra.
Benedicamus domino. Deo gra
tias.

Deus Ad nonam.
in adiutorium meū
intende. Domine ad
adiuvandum me
festina. Gloria p.
Memento salutis auctor q. ps.
Maria mater gratie mater mie.
Gloria tibi domine. a. Pulchra
In convertendo dns captivitatē
syō facti sumus sicut consolati
Tunc repletum est gaudio os no
strum et lingua nostra in exultatiōe
Tunc dicent inter gentes magni
ficavit dominus facere cum eis.
Magnificavit dominus facere
nobiscum facti sumus letantes.
Converte domine captivitatē
nostram sicut torrens in austro.
Qui seminant in lacrimis in ex
ultatione metent. Euntes ibant

et flebant mittentes semina sua. Ve
nientes autem uenient cum exulta
tione portantes manipulos suos.
Gloria patri. Psalmus.
Nisi dominus edificauerit do
mum in uanum laborauerunt qui
edificant eam. Nisi dominus cu
stodierit ciuitatem frustra uigilat
qui custodit eam. Vanum est uo
bis ante lucem surgere surgite post
quam sederitis qui manducatis pa
nem doloris. Cum dederit dilec
tis suis sompnum ecce hereditas
domini filii merces fructus uentris.
Sicut sagitte manu potentis i
ta filii excussorum. Beatus uir
qui impleuit desiderium suum ex
ipsis non confundetur cum loque
tur inimicis suis in porta. Glo
ria patri. Psalmus

Beati omnes qui timent dominum qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis habundans in lateribus domus tue. Filij tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex syon et videas bona iherusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum pacem super israhel. Gloria patri. A. Pulchra es et decora filia iherusalem terribilis ut castrorum acies ordinata. Cap.

In plateis sicut cynamomum et balsamum aromatizans odorem dedi quasi mirra electa dedi suavitatem odoris. Deo gratias. V. Post

partum virgo inviolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Kyriel. Xpistel. Kyriel. Domine exaudi. Oro.
Famulorum tuorum quesumus domine delictis ignosce ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus genitricis filii tui domini nostri intercessione salvemur. Per dominum.
An. Sancti dei omnes intercedere. V. Letamini in domino. Oremus. Oro.
Presta quesumus omnipotens deus ut nullus nos permittas perturbationibus concuti quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per dominum nostrum ihesum xpistum.
Omnes sanctitu[?] qs domine. Oro.
Et pacem tuam nostris. Oro.
Benedicamus domino. Deo gratias.



Deus Ad vesperas.
in adiutorium meū
intende. Domine ad
adiuuandum me fes
tina. Gloria patri
an. Dum esset rex. ps.
Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis. Donec ponā
inimicos tuos scabellum pedū tuoꝝ.
Virgam virtutis tue emittet dñs
ex syon dominare in medio inimicoꝝ
tuorum. Tecum principium in
die virtutis tue in splendoribus scoꝝ
ex utero ante luciferum genui te. Iu
ravit dominus et non penitebit eum
tu es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. Dominus
a dextris tuis confregit in die ire sue
reges. Iudicabit in nationibus i
plebit ruinas conquassabit capita i



terra multorum. De torrente in via
bibet propterea exaltabit caput. Gloria.
A. Dum esset rex in accubitu suo nardus
mea dedit odorem suavitatis. A. Leva eius.
Laudate pueri dominum laudate no
men domini. Sit nomen domini
benedictum ex hoc nunc et usque in seculum.
A solis ortu usque ad occasum lauda
bile nomen domini. Excelsus super
omnes gentes dominus et super celos gloria
eius. Quis sicut dominus deus noster qui
in altis habitat et humilia respicit in
celo et in terra. Suscitans a terra in
opem et de stercore erigens pauperem.
Ut collocet eum cum principibus
cum principibus populi sui. Qui
habitare facit sterilem in domo matrem
filiorum letantem. Gloria patri. A.
Leva eius sub capite meo et dextera illius
amplexabitur me. A. Nigra sum. ps.


Letatus sum in hijs que dicta vt s.
an. Nigra sum sed formosa filia ihrlm
ideo dilexit me rex et introduxit me in
cubiculum suum. an. Jam hyemps. ps.
Nisi dominus edificauerit. vt s.
an. Jam hyemps transiit ymber abijt
et recessit surge amica mea et veni. an.
Speciosa facta es. psalmus.
Lauda iherusalem dominum
lauda deum tuum syon. Quoniam
confortauit seras portarum tuarum
benedixit filijs tuis in te. Qui posu
it fines tuos pacem et adipe frumen
ti saciat te. Qui emittit eloquium
suum terre velociter currit sermo eius.
Qui dat niuem sicut lanam et ne
bulam sicut cinerem spargit. Mit
tit cristallum suum sicut buccellas
ante faciem frigoris eius quis sustinebit.
Emittit verbum suum et liquefa

aret ea flabit spc eius z fluent aque. Qui annunciat verbum suum iacob iusticias z iudicia sua israel. Non fecit taliter omni nationi et iudicia sua non manifestauit eis. Gloria p.
A. Speciosa facta es z suauis in delicijs tuis sancta dei genitrix. Cap.
Ab initio et ante secula creata sum et usqz ad futurum seculum non desinam et in habitatione sancta coram ipso ministraui. Deo gratias
Ave maris stella dei mater alma atqz semper virgo felix celi porta. Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eve. Solve vincula reis profer lumen cecis mala nostra pelle bona cuncta posce. Monstra te esse matrem sumat per te preces qui pro nobis natus tulit esse tuus. Vir

go singularis inter omnes mitis
nos culpis solutos mites fac et castos.
Vitam presta puram iter para tu
tum ut videntes ihesum semper colletemur.
Sit laus deo patri summo christo
decus spiritui sancto honor trinus et
unus. Amen. V. Diffusa est gratia in
labiis tuis propterea benedixit te deus
in eternum. Aña. Beata mater. ps.
Magnificat anima mea dominum.
Et exultavit spiritus meus in
deo salutari meo. Quia respexit hu
militatem ancille sue ecce enim ex hoc
hoc beatam me dicent omnes genera
tiones. Quia fecit michi magna
qui potens est et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in
progenies timentibus eum. Fecit
potenciam in brachio suo dispersit su
perbos mente cordis sui. Deposuit

potentes de sede et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suum recordatus misericordie. Sicut locutus est ad patres nostros abraham et semini eius in secula. Gloria patri. Aña. Beata mater et innupta virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. Kyriel. Xpistel. Kyriel. Domine exaudi.

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus noster perpetua mentis et corporis salute gaudere et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. Per. Aña. Sancti dei. Letamini in dño.
Protege domine populum. oro.
Omnes sancti tui quesumus dñe. oro.
Ecclesiam tuam quesumus. vers. oro.



Ad Completorium.
Onverte nos deus sa
lutaris noster. Et aver
te iram tuam a nobis
Deus in adiutoriū
meum intende Domine ad adiuuā
dum me festina Gloria pr̄i ps.
Epe expugnaverunt me a iu
uentute mea dicat nunc isr̄l.
Sepe expugnaverunt me a iuuē
tute mea etenim non potuerunt m.
Supra dorsum meum fabricaverūt
peccatores prolongaverunt iniquita
tem suam Dn̄s iustus concidit cer
uices peccatorum confundantur et con
uertantur retrorsum omnes qui o
derunt syon Fiant sicut fenum
tectorum quod priusquam evellatur
exaruit De quo non implevit ma
num suam qui metet et sinū suū

qui manipulos colliget. Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos benediximus vobis in nomine domini. Gloria patri. ps.
De profundis clamavi ad te domine domine. Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei. Neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam sed exaltavi animam meam. Sicut ablactatum est super matre sua ita retributio in anima mea. Speret israel in domino ex hoc nunc et usque in seculum. Memento salutis auctor. Gloria.
Ego mater pulchre dilectionis et timoris et magnitudinis et sancte spei. Deo gratias. V. Ora pro nobis sancta dei genitrix. Ut digni efficiamur promissione christi. a. Sub tuum. ps.
Nunc dimittis servum tuum domine

secundum verbum tuum in pace. Quia
viderunt oculi mei salutare tuum.
Quod parasti ante faciem omnium popu
lorum. Lumen ad revelationem
gentium et gloriam plebis tue israel.
Gloria patri. Aña. Sub tuum presidium
confugimus sancta dei genitrix nostras
deprecationes ne despicias in necessita
tibus sed a periculis cunctis libera nos
semper virgo gloriosa et benedicta.
Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Domine exaudi
Beate et gloriose semperque vir
ginis marie quesumus domine inter
cessio gloriosa nos protegat et ad vi
tam eternam perducat. Per dominum.
Aña. Sancti dei omnes. ℣. Letamini.
Exaudi nos deus salutaris. Oratio
Omnes sancti tui quesumus domine. Oratio
Et pacem tuam nobis dona. Oratio.
Benedicamus domino deo gratias.

Salve regina misericordie vita dulcedo et spes nostra salve. Ad te clamamus exules filii eve. Ad te suspiramus gementes et flentes in hac lacrimarum valle. Eya ergo advocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et ihesum benedictum fructum ventris tui. Nobis post hoc exiliū ostende. O clemens. O pia. O dulcis virgo maria.

V. Ave maria gratia plena dñs tecū.

Omnipotens sempiterne deus. Oremus. qui gloriose virginis et matris marie corpus et animam ut dignum filii tui habitaculum effici mereretur spiritu sancto cooperante preparasti da ut cuius commemoratione letamur eius pia intercessione ab instantibus malis et a morte perpetua liberemur. Per xpm dñm nrm. Amen.





Incipiunt septem psalmi penitenciales.

Domine ne in furore
tuo arguas me neque i
ra tua corripias me.
Miserere mei domine
quoniam infirmus sum sa
na me domine quoniam conturbata sunt o
mnia ossa mea. Et anima mea tur
bata est valde sed tu domine usquequo.
Convertere domine et eripe animam
meam salvum me fac propter mise
ricordiam tuam. Quoniam non
est in morte qui memor sit tui in infer
no autem quis confitebitur tibi. La
boravi in gemitu meo lavabo per sin
gulas noctes lectum meum lacrimis
meis stratum meum rigabo. Tur
batus est a furore oculus meus inve
teravi inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operami

iniquitatem quoniam exaudiuit dominus vocem
fletus mei. Exaudiuit dominus deprecatio
nem meam dominus orationem meam
suscepit. Erubescant et conturben
tur uehementer omnes inimici mei
conuertantur et erubescant ualde ue
lociter. Gloria patri. ps.
Beati quorum remisse sunt in
iquitates et quorum tecta sunt peccata.
Beatus uir cui non imputauit
dominus peccatum nec est in spiritu eius
dolus. Quoniam tacui inueterauerunt
ossa mea dum clamarem to
ta die. Quoniam die ac nocte gra
uata est super me manus tua conuer
sus sum in erumpna mea dum con
figitur spina. Delictum meum
cognitum tibi feci et iniusticiam me
am non abscondi. Dixi confitebor
aduersum me iniusticiam meam

deus in eternum. Pater noster. Et
ne nos. Iube domine benedicere. Pre
cibus et meritis beate marie virginis
et omnium sanctorum perducat nos
dominus ad regna celorum. Amen.
In omnibus requiem. Lco j.
quesivi et in hereditate domi
ni morabor. Tunc precepit et dixit
michi creator omnium et qui crea
vit me requievit in tabernaculo me
o. Et dixit michi in iacob inhabita
et in israel hereditare et in electis me
is mitte radices. Tu autem domine
miserere nostri. Deo gratias. R.
Sancta et immaculata virginitas
quibus te laudibus referam nescio
Quia quem celi capere non poterant
tuo gremio contulisti. V. Benedic
ta tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui. Quia quem celi.

Jube domine benedicere. Nos cũ
prole pia benedicat virgo maria.
Amen. Lectio secunda.
Et sic in syon firmata sum et
in civitate sanctificata similiter
requievi et in iherusalem potestas
mea. Et radicavi in populo honori
ficato et in partes dei mei hereditas
illius et in plenitudine sanctorũ
detentio mea. Tu autem domine
miserere nostri. Deo gratias. R.
Beata es virgo maria que dominũ
portasti creatorem mundi. Genuis
ti qui te fecit et in eternum perma
nes virgo. V. Ave maria gratia plena
dominus tecum. Genuisti qui te fec.
Jube domine benedicere. Per virgi
nem matrem concedat nobis domi
nus salutem et pacem. Amẽ.
Quasi cedrus exaltata sum in

libano et quasi cypressus in monte
syon. Quasi palma exaltata sum in
cades et quasi plantatio rose in ier
icho. Quasi oliva speciosa in campis
Et quasi platanus exaltata sum iux
ta aquas in plateis sicut cynamo
mum et balsamum aromatizans
odorem dedi. Quasi mirra electa de
di suavitatem odoris. Tu autem do
mine miserere nostri. Deo gratias.
R. Felix namque es sacra virgo ma
ria et omni laude dignissima. Qui
a ex te ortus est sol iusticie christus
deus noster. V. Ora pro populo int
erveni pro clero intercede pro devoto
femineo sexu sentiant omnes tuum
iuvamen quicumque celebrant tu
am commemorationem. Quia ex
te ortus. Gloria patri et filio et spiri
tui sancto christus deus noster. Ps.

Te deum laudamus te dominum
confitemur. Te eternum pa-
trem omnis terra ueneratur. Tibi
omnes angeli tibi celi et uniuerse
potestates. Tibi cherubin et che-
raphyn incessabili uoce proclamant.
Sanctus. Sanctus. Sanctus
dominus deus sabaoth. Pleni sunt
celi et terra maiestatis glorie tue.
Te gloriosus apostolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis nu-
merus. Te martyrum candidatus
laudat exercitus. Te per orbem
terrarum sancta confitetur ecclesia.
Patrem immense maiestatis.
Venerandum tuum uerum et u-
nicum filium. Sanctum quoque
paraclitum spiritum. Tu rex glo-
rie xpiste. Tu patris sempiter-
nus es filius. Tu ad liberandum

tu suscepturus hominem non horruis
ti virginis uterum. Tu devicto
mortis aculeo aperuisti credentibus
regna celorum. Tu ad dexteram
dei sedes in gloria patris. Iudex
crederis esse venturus. Te ergo que
sumus famulis tuis subveni quos
precioso sanguine redemisti. Eter
na fac cum sanctis tuis in gloria
numerari. Salvum fac popu
lum tuum domine et benedic here
ditati tue. Et rege eos et extolle
illos usque in eternum. Per singu
los dies benedicimus te. Et lau
damus nomen tuum in seculum
et in seculum seculi. Dignare do
mine die isto sine peccato nos custo
dire. Miserere nostri domine mi
serere nostri. Fiat misericordia
tua domine super nos quemadmo

dum sperauimus in te. In te do
mine speraui non confundar in eter
num. ℣ Ora pro nobis sancta dei ge
nitrix ut digni efficiamur promis
sione xpisti.

Deus Ad laudes.
in adiutorium me
um intende. Domi
ne ad adiuuandū
me festina. Gla
a Assumpta est maria. ps
Dominus regnauit decorem
indutus est indutus est dominus
fortitudinem et precinxit se. Ete
nim firmauit orbem terre qui non
commouebitur. Parata sedes
tua ex tunc a seculo tu es. Eleua
uerunt flumina domine eleuauerunt
flumina uocem suam. Ele
uauerunt flumina fluctus suos a
uocibus aquarum multarum. Mi
rabiles elationes maris mirabilis
in altis dominus. Testimonia
tua credibilia facta sunt nimis
domum tuam decet sanctitudo dn̄e

in longitudine dierum. Gloria patri.
A. Assumpta est maria in celum gaudent angeli laudantes benedicunt dominum. A. Maria virgo. ps.
Iubilate deo omnis terra servite domino in leticia. Introite in conspectu eius in exultatione. Scitote quoniam dominus ipse est deus ipse fecit nos et non ipsi nos. Populus eius et oves pascue eius introite portas eius in confessione atria eius in ympnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suavis est dominus in eternum misericordia eius et usque in generatione et generatione veritas eius. Gloria patri. A. Maria virgo assumpta est ad ethereum thalamum in quo rex regum stellato sedet solio. A. In odorem. ps.
Deus deus meus ad te luce vigi

lo Sitivit in te anima mea quam
multipliciter tibi caro mea. In ter
ra deserta et invia et inaquosa sic in
sancto apparui tibi ut viderem vir
tutem tuam et gloriam tuam. Quo
melior est misericordia tua super vi
tas labia mea laudabunt te. Sic
benedicam te in vita mea et in no
mine tuo levabo manus meas.
Sicut adipe et pinguedine re
pleatur anima mea et labiis ex
ultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stratum
meum in matutinis meditabar
in te quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tua
rum exultabo adhesit anima me
a post te me suscepit dextera tua.
Ipsi vero in vanum quesierunt
animam meam introibunt in infe

nora terre tradentur in manus gladii
partes vulpium erunt. Rex ve
ro letabitur in deo laudabuntur om
nes qui iurant in eo quia obstruc
tum est os loquencium iniqua. Gloria
Deus misereatur nostri et be
nedicat nobis illuminet
vultum suum super nos et mise
reatur nostri. Ut cognoscamus
in terra viam tuam in omnibus
gentibus salutare tuum. Con
fiteantur tibi populi deus confite
antur tibi populi omnes. Le
tentur et exultent gentes quoniam
iudicas populos in equitate in gen
tes in terra dirigis. Confitean
tur tibi populi deus confiteantur
tibi populi omnes terra dedit fruc
tum suum. Benedicat nos deus
deus noster benedicat nos deus et

metuant eum omnes fines terre.
Gloria patri. Aň. In odorem unguen
torum tuorum currimus adolescen
tule dilexerunt te nimis. Aň. Benedicta.
Benedicite omnia opera dñi
domino laudate et superexalta
te eum in secula. Benedicite an
geli domini domino bened celi dño.
Benedicite aque omnes que su
per celos sunt dño bened omnes v
tutes domini domino. Benedici
te sol et luna domino bened stelle
celi domino. Benedicite omnis
ymber et ros domino bened omnis
spiritus dei dño. Benedicite ignis et es
tus domino bened frigus et estus do
mino. Bened rores et pruina do
mino bened gelu et frigus domino
Bened glacies et nives dño bened
noctes et dies domino. Benedicite.

lux et tenebre domino benedicite ful
gura et nubes domino Benedicat
terra dominum laudet et super exal
tet eum in secula. Benedicite mō
tes et colles domino benedicite uniu
sa germinancia in terra dn̄o Be
nedicite fontes domino bened ma
ria et flumina domino Bened
cete et omnia que mouentur in a
quis domino benedicite omnes vo
lucres celi domino Benedicite oēs
bestie et pecora domino bened filij ho
minum dn̄o Benedicat israhel
dn̄m laudet et super exaltet eum ī
secula Benedicite sacerdotes dn̄i
domino bened serui domini domino.
Benedicite sp̄s et anime iustorum
dn̄o bened sc̄i et humiles corde dn̄o.
Benedicite anania azaria misael
domino laudate et super exaltate eū.

in secula. Benedicamus patrem et filium cum sancto spiritu laudenmus et super exaltemus eum in secula. Benedictus es domine in firmamento celi laudabilis et gloriosus et super exaltatus in secula. Amen. A. Benedicta filia tu a domino quia per te fructum vite communicavimus.

Ps. Pulchra es et decora. Ps. Laudate dominum de celis laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum sol et luna laudate eum omnes stelle et lumen. Laudate eum celi celorum et aque omnes que super celos sunt laudent nomen domini. Quia ipse dixit et facta sunt ipse mandavit et creata sunt. Statuit ea in seculum et in seculum

seculi preceptum posuit et non prete
ribit. Laudate dominum de terra
dracones et omnes abissi. Ignis
grando nix glacies spiritus procellarum que
faciunt verbum eius. Montes et
omnes colles ligna fructifera et om
nes cedri. Bestie et universa pe
cora serpentes et volucres pennate.
Reges terre et omnes populi prin
cipes et omnes iudices terre. Iu
venes et virgines senes cum iuni
oribus laudent nomen domini quia
exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super celum et ter
ram et exaltavit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius
filiis israel populo appropinquanti sibi.
Cantate domino canticum
novum laus eius in ecclesia
sanctorum. Letetur israel in eo

qui fecit eum et filie syon exultent
in rege suo Laudent nomen e
ius in choro in tympano et psalte
rio psallant ei Quia beneplaci
tum est domino in populo suo et ex
altauit mansuetos in salute Ex
ultabunt sancti in gloria letabunt
in cubilibus suis Exultationes
dei in gutture eorum et gladii anci
pites in manibus eorum Ad fa
ciendam uindictam in nationibus
increpationes in populis Ad al
ligandos reges eorum in compedibus
et nobiles eorum in manicis ferreis
Ut faciant in eis iudicium con
scriptum gloria hec est omnibus
sanctis eius.

Laudate dominum in sanctis eius
laudate eum in firmamento uirtu
tis eius Laudate eum in uirtu

tibus eius laudate eum secundum
multitudinem magnitudinis eius
Laudate eum in sono tube lauda
te eum in psalterio et cythara. Lau
date eum in tympano et choro laud
eum in cordis et organo. Laudate
eum in cymbalis benesonantibus
laudate eum in cymbalis iubilati
onis omnis spc laudet dominum.
Gloria patri. Aā. Pulchra es et deco
ra filia iherusalem terribilis ut cas
trorum acies ordinata. Cap.
Viderunt eam filie syon et bea
tissimam predicaverunt et
regine laudaverunt eam. Deo gratias.
Gloriosa domina excelsa sup
sydera qui te creavit provide
lactasti sacro ubere. Quod eua
tristis abstulit tu redis almo ger
mine intrent ut astra flebiles celi

domino et tu remisisti impietatem
peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs
sanctus in tempore oportuno. Ve
rumptamen in diluvio aquarum
multarum ad eum non approxima
bunt. Tu es refugium meum a
tribulatione que circumdedit me ex
ultatio mea erue me a circumdantib9
me. Intellectum tibi dabo et in
struam te in via hac qua gradieris
firmabo super te oculos meos. No
lite fieri sicut equus et mulus qui
bus non est intellectus. In cha
mo et freno maxillas eorum con
stringe qui non approximant ad te
Multa flagella peccatoris sperā
tem autem in dño misericordia cir
cumdabit. Letamini in domino
et exultate iusti et gloriamini om
nes recti corde. Gloria patri. ps.

Domine ne in furore tuo argu
as me neque in ira tua corripias
me. Quoniam sagitte tue infixe
sunt michi et confirmasti super me
manum tuam. Non est sanitas
in carne mea a facie ire tue non est
pax ossibus meis a facie peccatorum
meorum. Quoniam iniquitates mee
supergresse sunt caput meum et si
cut onus grave gravate sunt super
me. Putruerunt et corrupte sunt
cicatrices mee a facie insipiencie mee.
Miser factus sum et curvatus sum
usque in finem tota die contristatus in
grediebar. Quoniam lumbi mei
impleti sunt illusionibus et non est
sanitas in carne mea. Afflictus
sum et humiliatus sum nimis ru
giebam a gemitu cordis mei. Domine
ante te omne desiderium meum et

gemitus meus a te non est absconditus
Cor meum conturbatum est dereli
quid me virtus mea et lumen oculorum
meorum et ipsum non est mecum. A
mici mei et proximi mei adversum
me appropinquaverunt et steterunt
Et qui iuxta me erant de longe ste
terunt et vim faciebant qui querebant
animam meam. Et qui inquire
bant mala michi locuti sunt vanita
tes et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tamquam surdus non
audiebam et sicut mutus non aperi
ens os suum. Et factus sum sicut
homo non audiens et non habens in
ore suo redargutiones. Quoniam in te do
mine speravi tu exaudies me domine de
us meus. Quia dixi nequando super gau
deant michi inimici mei et dum com
moventur pedes mei super me magna

locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus
sum et dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annuntia
bo et cogitabo pro peccato meo. Inimi
ci autem mei vivunt et confirmati sunt
super me et multiplicati sunt qui ode
runt me inique. Qui retribuunt
mala pro bonis detrahebant michi quoniam
sequebar bonitatem. Ne derelinquas
me domine deus meus ne discesseris a
me. Intende in adiutorium meum
domine deus salutis mee. Gloria patri.
Miserere mei deus secundum magnam
misericordiam tuam. Et
secundum multitudinem misera
tionum tuarum dele iniquitatem meam.
Amplius lava me ab iniquitate
mea et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cog
nosco et peccatum meum contra me

est semper. Tibi soli peccavi et ma-
lum coram te feci ut iustificeris in
sermonibus tuis et vincas cum iudica-
ris. Ecce enim in iniquitatibus con-
ceptus sum et in peccatis concepit
me mater mea. Ecce enim veri-
tatem dilexisti incerta et occulta sa-
piencie tue manifestasti michi. As-
perges me domine ysopo et munda-
bor lavabis me et super nivem deal-
babor. Auditui meo dabis gaudium
et leticiam et exultabunt ossa humili-
ata. Averte faciem tuam a pecca-
tis meis et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus et
spiritum rectum innova in visceribus
meis. Ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum ne auferas
a me. Redde michi leticiam salu-
taris tui et spiritu principali conf

ma me. Docebo iniquos vias tu-
as et impij ad te convertentur. Li-
bera me de sanguinibus deus deus
salutis mee ⁊ exaltabit lingua mea
iusticiam tuam. Domine labia
mea aperies ⁊ os meum annuncia-
bit laudem tuam. Quoniam si
voluisses sacrificium dedissem utiq;
holocaustis non delectaberis. Sa-
crificium deo spiritus contribulatus cor con-
tritum et humiliatum deus non de-
spicies. Benigne fac domine in
bona voluntate tua syon ut edificen-
tur muri iherusalem. Tunc ac-
ceptabis sacrificium iusticie oblati-
ones et holocausta tunc imponent
super altare tuum vitulos. Gloria.
Domine exaudi orationem
meam et clamor meus ad te
veniat. Non avertas faciem tuã

a me in quacumque die tribulor in
clina ad me aurem tuam. In qua
cumque die invocavero te velociter ex
audi me. Quia defecerunt sicut
fumus dies mei et ossa mea sicut cre
mium aruerunt. Percussus sum
ut fenum et aruit cor meum quia
oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei adhesit os meum
carni mee. Similis factus sum
pellicano solitudinis factus sum sicut
nicticorax in domicilio. Vigilavi et
factus sum sicut passer solitarius in
tecto. Tota die exprobrabant michi
michi inimici mei et qui laudabant
me adversum me iurabant. Qui
a cinerem tamquam panem man
ducabam et poculum meum cum fletu
miscebam. A facie ire indignati
onis tue quia elevans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinaverũt
et ego sicut fenum arui. Tu autem
domine in eternum permanes et me
moriale tuum in generatione et gene
rationem. Tu exurgens dñe misere
beris syon quia tempus miserendi ei
quia venit tempus. Quoniam placue
runt servis tuis lapides eius et terre
eius miserebuntur. Et timebunt
gentes nomen tuum domine et oĩs
reges terre gloriam tuam. Quia e
dificavit dñs syon et videbitur in gła
sua. Respexit in orationem humiliũ
et non sprevit precem eorum. Scri
bantur hec in generatione altera et
populus qui creabitur laudabit dñm
Quia prospexit de excelso sc̃o suo
dominus de celo in terram aspexit.
Ut audiret gemitus compeditoꝝ
ut solveret filios interemptorum.

Ut annunciem in syon nomē dn̄i et laudem eius in ihrusalem. In conueniendo populos in unū et reges ut seruiant domino. Respondit ei in uia uirtutis sue paucitatem dierum meorum nuncia michi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum in generatione et generationem anni tui. Initio tu domine terram fundasti et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes et omnes sicut uestimentum ueterascent. Et sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur tu autem idem ipse es et anni tui non deficient. Filii seruorum tuorum habitabunt et semen eorū in seculū dirigetur. Gloria.

De profundis clamaui ad te dn̄e domine exaudi uocem meam. Fiant aures tue intendentes in uo

tem deprecationis mee. Si iniqui
tates obseruaueris domine domine
quis sustinebit. Quia apud te pro
piciatio est: et propter legem tuam
sustinui te dñe. Sustinuit anima
mea in verbo eius sperauit anima
mea in domino. A custodia ma
tutina vsq; ad noctem speret israhel
in dño. Quia apud dñm miseri
cordia et copiosa apud eũ redemptio
Et ipse redimet israel ex omnib'
iniquitatibus eius. Gloria patri.
Domine exaudi orationẽ meã
auribus percipe obsecrationẽ
meam in veritate tua exaudi me i tua
iusticia. Et non intres in iudiciũ
cum seruo tuo quia non iustificabi
tur in conspectu tuo omnis viuens
Quia persecutus est inimicus ani
mam meam humiliauit in terra vi

tam meam. Collocauit me in ob
scuris sicut mortuos seculi et anxiat⁹
est super me spiritus meus in me turbatu
est cor meu. Memor fui dierum
antiquorum meditatus sum in o
mnibus operibus tuis in factis ma
nuum tuarum meditabar. Ex
pandi manus meas ad te aīa me
a sicut terra sine aqua tibi. Velo
citer exaudi me domine defecit
spiritus meus. Non auertas faciem
tuam a me et similis ero descendē
tibus in lacum. Auditam fac
michi mane misericordiam tuā
quia in te speraui. Notam fac
michi uiam in qua ambulem q̄
ad te leuaui animā meam. E
ripe me de inimicis meis dn̄e ad
te confugi doce me facere uolunta
tē tuam quia deus meus es tu. Spc

tuus bonus deducet me in terram rec
tam: propter nomen tuum domine
vivificabis me in equitate tua. E
duces de tribulatione animam meã
et in misericordia tua disperdes omĩs
inimicos meos. Et perdes omnes
qui tribulant animam meam qm̃
ego servus tuus sum. Gloria pa.
Kyrieleison. Christeleison.
Kyrieleison. Christe audi nos.
Pater de celis deus miserere nobis
Fili redemptor mundi deus mi.
Spiritus sancte deus miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus. mi.
Sancta maria ——— ora
Sancta dei genitrix ——— ora
Sancta virgo virginum ——— ora
Sancte michael ——— ora
Sancte gabriel ——— ora
Sancte raphael ——— ora

Omnis sancti angeli et archangeli. ora te.
Sancte iohannes baptista ora
Omnis sancti patriarche et prophete ora te.
Sancte petre ora
Sancte paule ora
Sancte andrea ora
Sancte iacobe ora
Sancte iohannes ora
Sancte thoma ora
Sancte iacobe ora
Sancte philippe ora
Sancte bartholomee ora
Sancte mathee ora
Sancte symon ora
Sancte thadee ora
Sancte mathia ora
Sancte barnaba ora
Sancte luca ora
Sancte marce ora
Sancte iuda ora


Omnis sancti apostoli et evangeliste — ora
Omnis sancti discipuli domini — ora
Omnis sancti innocentes — ora
Sancte stephane — ora
Sancte line — ora
Sancte clete — ora
Sancte clemens — ora
Sancte corneli — ora
Sancte laurenti — ora
Sancte vincenti — ora
Sancte fabiane — ora
Sancte sebastiane — ora
Sancte iohannes — ora
Sancte paule — ora
Sancte geruasi — ora
Sancte blasi — ora
Omnis sancti martyres — ora
Sancte silvester — ora
Sancte leo — ora
Sancte benedicte — ora

Sancte gregori ora
Sancte ambrosi ora
Sancte iheronime ora
Sancte augustine ora
Sancte nicholae ora
Sancte martine ora
Sancte leonarde ora
Sancte bernarde ora
Sancte firmasce ora
Sancte eligii ora
Sancte remigi ora
Sancte dominice ora
Omnes sancti confessores ora
Sancta maria magdalena ora
Sancta maria egipciaca ora
Sancta felicitas ora
Sancta perpetua ora
Sancta aghata ora
Sancta agnes ora
Sancta clara ora

Sancta anna or.
Sancta margareta or.
Sancta barbara or.
Sancta katherina or.
Sancta iuliana or.
Sancta elisabeth or.
Sancta ursula or.
Sancta spes or.
Sancta martha or.
Sancta petronilla or.
Sancta gertrudis or.
Omnes scī ⁊ scē dei or.
Propicius esto libera nos domine.
Ab omni malo lib.
Ab omni peccato lib.
Ab ira tua lib.
A spū fornicationis lib.
A fulgure ⁊ tempestate lib.
A morte perpetua lib.
Per misterium scē incarnatiōis tue. lib.

Per aduentum tuum — lib.
Per natiuitatem tuã — lib.
Per mortem et sepulturam tuã — lib.
Per circumcisionẽ tuam — lib.
Per baptismum tuum — lib.
Per crucẽ et passionẽ tuã — lib.
Per resurrectionẽ tuam — lib.
Per admirabilẽ ascensionẽ tuã — lib.
Per aduentũ sp̃s sc̃i paracliti — lib.
In die iudicii — lib.
In hora mortis nr̃e — lib.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut nobis parcas — te r.
Ut nobis indulgeas — te r.
Ut omnibus benefactoribus nr̃is
sempiterna bona retribuas — te r.
Ut fruct⁹ terre dare et cõseruare digneris
Ut nos exaudire digneris — te r.
Fili dei te r. Pastor bone — te r.
Agnus dei qui tollis pcc̃a mundi

Christe audi nos. Kyriel. Christe
leison. Kyriel. Pater noster.
Et ne nos. Domine exaudi. Oro.
Deus cui proprium est misere
ri semper et parcere suscipe
deprecationem nostram ut quos
delictorum cathena constringit
miseratio tue pietatis absoluat.
Fidelium deus omnium. Oratio.
conditor et redemptor ani
mabus famulorum famularu
q; tuarum remissionem cuncto
rum tribue peccatorum ut indul
gentiam quam semper optaue
runt piis supplicationibus con
sequantur. Per xpm dnm nrm
Amen.



[illegible] mortuorum. An.



Placebo dño Ps.
Dilexi quoniam ex
audiet dominus
vocem orationis
mee. Quia in
clinavit aurem
suam michi et in diebus meis invo
cabo. [C]ircumdederunt me dolo
res mortis et pericula inferni inve
nerunt me. Tribulationem et
dolorem inveni et nomen domini
invocavi. [O] domine libera ani
mam meam misericors dñs et iust(us)
et deus nr̄ miseretur. Custodies
parvulos dominus humiliatus sum
et liberavit me. [C]onvertere dñe
in requiem tuam quia dñs benefe
cit tibi. Quia eripuit animam
meam de morte oculos meos a lacri





mis pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione vivorum. Requiem eternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. Placebo domino in regione vivorum. Heu michi. ps.
Ad dominum cum tribularer.
Heu michi quia incolatus meus prolongatus est. Dominus custodit. ps.
Levavi oculos meos in montes.
Dominus custodit te ab omni malo custodiat animam tuam dominus. Si iniquitates. ps.
De profundis clamavi ad te domine.
Si iniquitates observaveris domine quis sustinebit. Opera manuum.
Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audisti omnia verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor

nomini tuo. Super misericordia
tua et veritate tua quoniam magnificasti
super omne nomen sanctum tuum.
In quacunque die invocavero te
exaudi me multiplicabis in anima
mea virtutem. Confiteantur ti
bi domine omnes reges terre quia
audierunt omnia verba oris tui. Et
cantent in viis domini quoniam magna e
gloria domini. Quoniam excelsus dominus
et humilia respicit et alta a longe
cognoscit. Si ambulavero in me
dio tribulationis vivificabis me et
sup iram inimicorum meorum ex
tendisti manum tuam et salvum
me fecit dextera tua. Dominus retribu
et pro me domine misericordia tua in seculum
opera manuum tuarum ne despicias.
Requiem et. Vers. Opera manu
um tuarum ne despicias domine. Audi

ui vocem de celo dicentem michi scribe
beati mortui qui in dño moriũtur. A. Omne
[M]agnificat anima mea dñm. Et e[xultavit].
A. Omne quod dat michi pater ad me
ueniet et eum qui venit in me nõ eiciã
foras. Kyrieleyson. [Chr]isteleyson. Kyrieleyson.
Pater noster. Et ne nos. Psalmus.
Lauda aĩa mea dñm laudabo
dñm in uita mea psallam deo
meo quamdiu fuero. Nolite confi
dere in principibus in filijs hoĩm in
quibus non est salus. [Ex]ibit spc
eius et revertetur in terram suam in
illa die peribunt oĩns cogitatiões eorũ
Beatus cuius deus iacob adiutor eius
spes eius in dño deo ipius qui fecit celũ
et terram mare et oĩa que in eis sunt.
[Q]ui custodit veritatem in seculũ
facit iudicium iniuriam pacientib[us]
dat escam esurientibus. Dñs sol

uit compeditos dn̄s illuminat cecos. Do
minus erigit elysos dn̄s diligit iustos
Dn̄s custodit aduenas pupillum
et uiduam suscipiet et uias peccator
disperdet. Regnabit dn̄s in secula
deus tuus syon in generatione et ge
nerationem. Requiem et. Ky
riel. Xpistel. Kyriel. Pater
noster. Et ne nos. A porta inferi. E
rue dn̄e animas eorum. Requiescant
in pace Amen. Domine exaudi. Or.

Deus qui nos patrem et matrem
honorare precepisti miserere cle
menter animabus parentum meorum
eorumque peccata dimitte meque eos
in eterne claritatis gaudio fac uiuere.
Deus cui proprium est. Or.
Fidelium deus omn. vt̄s. Or.
Regem cui oīa viuunt. Venite adore.
Venite exultemus. Dirige dn̄e.

Verba mea auribus percipe domine in
telligе clamorem meum. In
tende voci orationis mee rex meus et deus
meus. Quoniam ad te orabo domine mane ex
audies vocem meam. Mane astabo
tibi et videbo quoniam non deus volens ini
quitatem tu es. Neque habitabit
iuxta te malignus neque permanebunt
iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes
qui operantur iniquitatem perdes om
nes qui loquuntur mendacium. Vi
rum sanguinum et dolosum abho
minabitur dominus ego autem in multi
tudine misericordie tue. Introibo
in domum tuam adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo. Domine
deduc me in iusticia tua propter ini
micos meos dirige in conspectu tuo
viam meam. Quoniam non est in ore
eorum veritas cor eorum vanum est.

Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant iudica illos deus. Decidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos quoniam irritaverunt te domine. Et letentur omnes qui sperant in te in eternum exultabunt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum quoniam tu benedices iusto. Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Gloria. Sicut erat. Aña. Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. Aña. Convertere. Domine ne in furore tuo arguas. Aña. Convertere domine et eripe animam meam quoniam non est in morte qui memor sit tui. Aña. Nequando. psalmus.

Domine deus meus in te speravi salvum me fac ex omnibus

persequentibus me et libera me. Ne
quando rapiat ut leo animam meam
dum non est qui redimat neque qui sal
vum faciat. Domine deus meus
si feci istud si est iniquitas in mani
bus meis. Si reddidi retribuenti
bus michi mala decidam merito ab
inimicis meis inanis. Persequa
tur inimicus animam meam et com
prehendat et conculcet in terram vi
tam meam et gloriam meam in pul
verem deducat. Exurge domine
in ira tua et exaltare in finibus ini
micorum meorum. Et exurge
domine deus meus in precepto quod
mandasti et synagoga populorum
circumdabit te. Et propter hanc
in altum regredere dominus iudicat populos.
Iudica me domine secundum iusticiam
meam et secundum innocenciam meam super me.

Consumetur nequicia peccatorum
et diriges iustum scrutans corda et
renes deus. Iustum adiutorium
meum a domino qui salvos facit rec-
tos corde. Deus iudex iustus fortis
et paciens numquid irascetur per sin-
gulos dies. Nisi conversi fueritis
gladium suum vibravit arcum suum
tetendit et paravit illum. Et in eo
paravit vasa mortis sagittas suas ar-
dentibus effecit. Ecce parturiit in-
iusticiam et concepit dolorem et pe-
perit iniquitatem. Lacum aperuit
et effodit eum et incidit in foveam quam
fecit. Convertetur dolor eius in ca-
put eius et in verticem ipsius iniqui-
tas eius descendet. Confitebor domino
secundum iusticiam eius et psallam nomi-
ni domini altissimi. Requiem eternam. Aña.
Nequando rapiat ut leo animam meam dum

non est qui redimat neque qui saluum fa
ciat. V. A porta inferi. Erue domine animas eorum
Pater noster. Et ne nos. Lectio prima.
Parce michi domine nichil enim
sunt dies mei. Quid est homo
quia magnificas eum aut quid apponis
erga eum cor tuum. Visitas eum di
luculo et subito probas illum. Usquequo
non parcis michi nec dimittis me
ut glutiam saliuam meam. Peccaui.
Quid faciam tibi o custos hominum quare
me posuisti contrarium tibi et factus
sum michi metipsi grauis. Cur non
tollis peccatum meum et quare non
aufers iniquitatem meam. Ecce
nunc in puluere dormio et si mane
me quesieris non subsistam. R.
Credo quod redemptor meus viuit et
in nouissimo die de terra surrecturus
sum. Et in carne mea videbo deum

saluatorem meum. ℣ Quem uisurus sum ego ipse et non alius et oculi mei conspecturi sunt. Et in carne. Lectio ii.

Tedet animam meam uite mee dimittam aduersum me eloquium meum. loquar in amaritudine anime mee dicam deo noli me condempnare. Indica michi cur me ita iudices. Numquid bonum tibi uidetur si calumpnieris me et opprimas me opus manuum tuarum et consilium impiorum adiuues. Numquid oculi carnei tibi sunt aut sicut uidet homo et tu uidebis. Numquid sicut dies hominis dies tui et anni tui sicut humana sunt tempora ut queras iniquitatem meam et peccatum meum scruteris. Et scias quia nichil impium fecerim cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. ℟ Qui

lazarū resuscitasti a monumento fetidū
Tu eis dn̄e dona requiem et locum in
dulgentie. ℣. Qui venturus es iudicare
vivos et mortuos et seculum per ignem.
Tu eis domine dona. Lectio tertia.
Manus tue domine fecerunt me
et plasmaverunt me totum in
circuitu et sic repente precipitas me.
Memento queso quod sicut lutum
feceris me et in pulverem reduces
me. Nonne sicut lac mulsisti me
et sicut caseum me coagulasti. Pelle
et carnibus vestisti me ossibus et ner
vis compegisti me. Vitam et miseri
cordiam tribuisti michi et visitatio
tua custodivit spiritum meum. ℟. Dn̄e
qn̄ veneris iudicare terram ubi me
abscondam a vultu ire tue. Quia pec
cavi nimis in vita mea. ℣. Commissa
mea dn̄e pavesco et ante te erubesco.

dum ueneris iudicare noli me conde[m]pnare. Quia peccaui nimis in uita me[a]. a. Exultabunt domino. psalmus

Miserere mei deus secundum m[agnam] [misericordiam tuam].

a. Exultabunt domino ossa humiliata. a. Exaudi deus. ps.

Te decet ymnus deus in syon et tibi reddetur uotum in ierusalem. Exaudi deus orationem meam ad te o[mn]is caro ueniet. Verba iniquorum preualuerunt super nos et impietatibus nostris tu propiciaberis. Beatus quem elegisti et assumpsisti habitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tue sanctum est templum tuum mirabile in equitate. Exaudi nos deus salutaris noster spes omnium finium terre et in mari longe. Preparans montes in uirtute tua accinctus potencia qui conturbas

bas profundum maris sonū fluctuū
eius. Turbabuntur gentes et time-
bunt qui hītant terminos a signis tu
is exitus matutini et vespe delectabis.
Visitasti terram et inebriasti eam
multiplicasti locupletare eā. Flu
men dei repletum est aquis parasti
cibum illorū qm̄ ita est pparatio eius.
Rivos eius inebrians multipli
ca genimina eius in stillicidiis suis
letabitur germinans. Benedices
corone anni benignitatis tue et cāpi
tui replebuntur ubertate. Pingu
escent speciosa deserti et exultatione
colles accingentur. Induti sunt
arietes ovium et valles habundabūt
frumento clamabunt etenim ym
num dicent. Requiem et. Ex
audi deus orationem meā ad te ō
nis caro veniet. Aīa me suscepit. ps

Deus deus meus ad te de luce. ps.
Deus misereatur nostri. ps. a. Me
suscepit dextera tua domine. A porta ps.
Ego dixi in dimidio dierum meorum
vadam ad portas inferi. Que
sivi residuum annorum meorum dixi
non videbo dominum deum in terra viuen
cium. Non aspiciam hominem ult'
et habitatorem quietis. Generatio
mea ablata est et convoluta est a me
qui tabernaculum pastorum. Precisa
est velud a texente vita mea dum ad
huc ordirer succidit me de mane usque
ad vesperam finies me. Sperabam
usque ad mane quasi leo sic contrivit omnia
ossa mea. De mane usque ad vespe
ram finies me sicut pullus hirundi
nis sic clamabo meditabor ut columba
Attenuati sunt oculi mei suspicien
tes in excelso. Domine vim patior respo

de pro me quid dicam tibi aut quid re
spondebit michi cum ipse fecerim. Re
cogitabo tibi omnes annos meos in ama
ritudine anime mee. Non sic vivitur
et in talibus vita spiritus mei corripies et
vivificabis me ecce in pace amaritu
do mea amarissima. Tu autem eru
isti animam meam ut non periret
proiecisti post tergum tuum omnia
peccata mea. Quia non infernus
confitebitur tibi neque mors laudabit
te non expectabunt qui descendunt
in lacum veritatem tuam. Vivens
vivens ipse confitebitur tibi sicut et
ego hodie pater filiis notam faciet
veritatem tuam. Domine salvum me
fac et psalmos nostros cantabimus
cunctis diebus vite nostre in domo domini
Requiem et. V. A porta inferi erue do
mine animas eorum. Omnis spiritus. ps

Laudate dnm de celis. vt s. ps.
Cantate domino canticu. ps.
Laudate dnm in scis eius. ps.
Ant. Ois sps laudet dnm. Ant. Ego sū.
Benedictus dns deus israhel.
Ant. Ego sum resurrectio et uita qui
credit in me etiam si mortuus fuerit
uiuet et ois qui uiuit et credit in me no
morietur in eternu. Requiescat. Requiescat.
Requiescant. Pater noster. Et ne nos. A porta
inferi. Erue dne aias eorum. Dne exaudi.
Partem beate resurrectionis. Oro.
optineant uitamque eternam
habere mereantur in celis. Per te ihu
xpe saluator mundi rex glorie. Qui
in trinitate perfecta uiuis et regnas
deus. Per omnia secula seculorum.
Amen. Requiescant in pace. Amen.

Regina celi letare alleluya
Quia quē meruisti portare
all'a Resurrexit sicut dixit alleluy
a Ora pro nobis deū all'a // Pour le as
cention on dit // Jam ascendit
sicut dixit all'a Ora pro nobis
deū all'a ℣ Dicite in nationi
b; Quia dn̄s regnavit a ligno
alleluya // Oremus
Prosit nobis semper om
nipotens pater et precipue
inter hec paschalia filij tui so
lempnia continuata dei geni
tricis marie memoria que
et astitit vulnerata maribus
in cruce pendenti et astat a
dextris in celo regina reg
nanti Qui tecū vivit et re
gnat dn̄s per oīa scl'a secu
lorum Amen

a i. flo



2. Ki

